

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6498

Autre(s) référence(s) : Bates 146 / Round 114

Auteur(s) : Guillaume de Briouze [particulier]

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1086, avril

Lieu d'émission : Lacock

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant le procès au sujet de la réclamation faite par Guillaume de Briouze sur la possession de l'abbaye de Fécamp, tenu en présence du roi Guillaume [Ier].

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° xxxii.
- b. Douglas David Charles, Greenway George W., *English Historical Documents, t. 2, 1042-1189 2eéd.*, Londres, Methuen, 1981, p. 453-454 (translation).
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 146, p. 482-484.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 114. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 220.

Dissertation critique

1086, avril ou après : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 482-483).

Texte établi d'après c

De pervasionibus quas fecerat Willelm(us) de Braiosa in rebus ecclesie Sancte Trinitatis placitatum fuit a la Choche, manerium Willelmi Dou, Will(elm)o rege tenente curiam et placitum una dominica die a mane usque ad vesperam, presentibus filiis et omnibus baronibus suis. Ibi definitum et concordatum fuit de silva de Hamoda ut per medium partiretur, et boscum scilicet et terra in qua villani manserant, et que ad boscum pertinet. Et iussu regis hagia facta fuit per medium, et nostrum nobis remansit et suum Will(elm)o. De sepultura sancti Cuthmanni

hoc statutum fuit ut quita maneret, et iussu regis corpora defunctorum que ad ecclesiam Will[elm]i sepulta fuerant, ab hominibus ipsius Will(elm)i defossa sunt et ad ecclesiam sancti Cuthmanni reportata ad legitimam scilicet sepulturam. Et Herb(er)t(us) decanus retulit denarios quos acceperat de sepulturis, de wacis, de signis sonatis, et de toto quod accipitur pro mortuo. Et primo iurare fecit per quendam parentem suum vice sua se plus non habuisse. Ad Udicam pervaserat Will(el)m(us) de terra Sancti Trinitatis ad parcum suum. Unde iudicatum est parcum destrui debere, et destructum est. Terra remansit quita. De warena quam fecerat in terra Sancte Trinitas, hoc iudicatum est ut destrueretur, et destructum est. De teloneo quod accipiebat ad pontem suum de hominibus Sancte T(ri)nitatis, hoc iudicatum est quod non deberet dari quippe quod et tempore Eadwardi regis nunquam datum fuit. Et iussu regis quicquid inde acceptum fuerat redditum fuit, thelonario iurante se non amplius accepisse. De navibus que ascendunt ad portum sancti Cuthmanni, hoc iudicatum quitas esse debere per duos denarios ascendendo et descendendo, nisi aliud mercatum ad castellum Will(el)mi fecerint. Via quam fecerat in terra Sancte Trinitas iudicata fuit debere destrui, et destructa est. De fossato quod factum fuerat ad conductum aque castelli, iudicatum est ut repleretur, et repletum est, et terra remansit quita. De marisco hoc decretum est quitum esse debere usque ad montem in circuitu et salinas. De decem et octo hortis, iudicatum est hoc esse quitos Sancte Trinitati. De teloneo quod accipiatur per totam septimanam, hoc iudicatum ut totum sit Sancti, Sabbato tantum, medietas Will(elm)i. Hec omnia quita et libera Fiscannensi ecclesie remanserunt. De quorum omnium pervasionibus Willelmus vadium in manum regis dedit in misericordiam eius. Hii barones viderunt hanc finem : filii regis Will(el)m(us) et H(e)nr(ic)us ; archiepiscopi Lanfranc(us) et Thomas ; episcopi Will(el)m(us) Dunelmensis, Walkelin(us) Wintoniensis, Remigi(us) Nicoliensis, Gaufrid(us) Constantiensis, Rob(er)t(us) Cestrensis, Rob(er)tus Herfortensis, Osmund(us) Salisberiensis, Maurici(us) Londoniensis ; comites Rob(er)t(us) de Moritonio, Alan(us) Ruff(us), Rog(er)us de Montegomerico ; barones, Ricardus filius Gisleb(er)ti comitis, Baldwin(us) frater eius, Rog(er)us Bigot, Henric(us) de Feriers, Bernard(us) de Novo Mercato, Will(el)m(us) Dou, Hugo de Port, Ricard(us) Goiz, Eudo dapifer, Rob(er)t(us) dispensator, Rob(er)t(us) filius Tetbaldi, Will(elmu)s de Percei, Rob(er)t(us) de Roolent, Nigellus de Torp, Rogeri(us) de Corcella, Aluered(us) de Nicolia, Will(elmu)s de Falesia, H(e)nr(ic)us de Bellomonte ; abbates, Serlo abbas Gloecestrie, Turstin(us) Glestonie ; monachi Sancte Trinitatis, Will(elmu)s et Raheius fratres, Bernad(us) filius Ospaci ; laici, Will(el)m(us) Malcunduit, Godefrid(us) frater eius, Sotriz, Leuret, Ricard(us) de Bodes, Geroldin.